

Psalmus

XXI

virtute tua: qua infirmitate putauerit. Cantabimus et psallemus virtutes tuas. Laude et ope celebrabim: et nota faciem mirabilia tua.

Explicit Tractatus de ps. XX. Incipit Tractatus de ps. XXI.

In finem pro susceptione matutina: psalmus David.

In finem pro resurrectione sua ipse dominus Iesus Christus loquitur. Matutina enim fuit prima sabbati resurrectio eius quae suscepta est in eternam vitam: cui mors ultra non dominabitur. Dicunt autem ista ex persona crucifixi: nam de capite psalmi huius sunt verba quae ipse clamavit cum in cruce penderet: persona etiam fuerat veteris hominis cuius mortalitate portavit. Nam vetus homo noster constitutus est cruci cum illo.

Expositio prima.

Deus meus respice in me quare me dereliquisti longe a salute mea? Longe factus es a salute mea: quoniam longe est a peccatoribus salus.

ps. jjs.

Verba delictorum meorum. Nam haec verba sunt non iustitiae: sed delictorum meorum. Quod enim homo constitutus est cruci. Loquitur etiam causa ignorans quare illud dereliquit deus: aut certe longe a salute mea sunt verba delictorum meorum. Deus meus clamabo ad te per diem nec exaudies. Deus meus clamabo ad te in rebus desperis huius vite ut non mutentur: nec exaudies: quia verbis delictorum meorum ad te clamabo. Et in nocte et non ad insipientiam mihi. Et in adversis vitis huius vite clamabo ut sperentur: et similit non exaudies. Neque hoc facis ad insipientiam mihi: sed ponis ut sapias quod clamare me velis: non verbis delictorum ex desiderio temporalis vite: sed verbis pueritiam ad te in vita eterna. Tu autem in sancto habitas: laus israel. Tu autem in sancto habitas: ideo immunda delictorum verba non exaudies. Laus videtur te: non est quod laudem suam quaerit in gustando vitio cibo: ut aperis corporis oculis suis abscondere te conaretur a conspectu tuo. In te speraverunt patres nostri: Des iustus non gerentes suam laudem sibi. Speraverunt et tenuerunt eos. Ad te clamaverunt et salvi facti sunt. Ad te clamaverunt: non verbis delictorum a quibus longe est salus: et ideo salvi facti sunt. In te speraverunt et non sunt confusi. In te speraverunt: nec eos fecerunt spes. Non enim in se ipsa poluerunt. Ego autem sum vinitus et non homo. Ego autem factus sum non ex persona ad aliquid loquens: sed ego propter Iesum Christum sine semine in carne natus sum: ut essem in homine ultra homines: ut vel sic dignaretur imitari humanam superbiam humilitate mea. Opprobrium hominum et abiectio plebis. In qua factus sum opprobrium hominum ita ut pro contumelioso maledicto diceretur: Tu sis discipulus eius ut plebs me crederet. Deus qui conspiciebat me et subsannabat me. Deus qui conspiciebat me et subsannabat me. Et locum sunt labijs et moverunt caput. Et locum sunt: non in corde: sed in labijs. Nam irritantes moverunt caput: dicentes: Speravit in domino et servat eum: saluum faciet eum quoniam vult eum. Haec verba erant: sed in labijs dicebant. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: non solum de illo ventre animalis (nam ovis hominis lex ista nascendi est: ut de ventre extrahantur) sed etiam de ventre iudaeae gentis: cuius tenebris obtigisti: et non dicitur esse constitutus natus: et quod in carnali observatione sabbati et circuncisionis ceterorumque talium salutem ponit. Spes mea ab verberibus matris meae. Spes mea de:

ps. jjs.

liberasti.

Job. 9.

identico.

restituerunt.

scripsit.

non ex quibus verberibus? Agis lactari cepi: nam et ante vitis: sed ab verberibus synagoga: sic de ventre: dicit: extraxisti me: ne carnale consuetudine suggerere. In te firmatus sum ex vero. Ipsi est verus synagoga qui me non pulit: sed iactavit me: non autem cecidi quia contumisti me.

De ventre matris meae. Nam fecit veteris matris meae ut iactat pulit: oblitus essem tuum. Deus meus es tu: ne discedas a me. Quoniam tribulatio iuxta est. Deus meus es tu: ne discedas a me: quoniam tribulatio iuxta me est: nam est in corpore meo. Quia non est qui adiuvet. Quis enim adiuvet si tu non adiuvas: Circumdederunt me vituli multi. Circumdedit me multitudo luxuriantis plebis. Tauri pingues obsederunt me. Et principes eius de opprobrio meo leti obsederunt me. Aperuit in me os suum. Aperuit in me os: non de scripturis tuis: sed de cupiditate suis. Sicut leo rapaces et rugiens. Sicut leo cuius rapina est: quod apertus abducat: sicut rugit: crucifige crucifige. Sicut aqua effusus sum et dispersa sunt omnia ossa mea. Sicut aqua effusus sum: ubi lapsi sunt pleurotes mei: et timore dispersa sunt a me firmamenta corporis: huius est ecclesie discipuli mei. Factus est cor meum sicut cera liquescens in medio ventris mei. Sapientia mea quasi sanctis libris de me scripta est: itaque dura et clausa non intelligebatur: sed postquam ignis meae passionis accessit: liquifacit manifestata et excepta est in memoria ecclesie meae. Exaruit velut testa visus mea. Exaruit passioe Iesus mea: non velut senu: sed velut testa quae fit igne firmior. Et lingua mea adhaesit faucibus meis. Et fuerunt apud deum precepta mea illi qui locutus est. Et in pulvere mortis deduxisti me. Et in ipsos mortis destinatos: quos itaque pulvere percutit verus a facie terre: deduxisti me. Quoniam circumdederunt me canes multi. Quoniam circumdederunt me: non per vitiate: sed per consuetudine: latrantes multi. Locutus est malignum circumdedit me. Locutus est malignum circumdedit me. Foderunt manus meas et pedes meos. Foderunt clavis manus meas et pedes meos. Dinumeraverunt omnia ossa mea. Dinumeraverunt in ligno crucis extensa omnia ossa mea. Ipsi vero possiderunt et aspexerunt me. Ipsi vero id est non mutati: consideraverunt et aspexerunt me. Diviserunt sibi vestimenta mea et super vestimenta mea miserunt sortem. Tu autem domine ne longe feceris auxilium tuum a me. Tu autem domine: non in fine seculi sic ceteros: sed statim reluscit a me. In defensione mea aspice. Aspice ne quod mihi noceat. Erue a framea gladium meum. Erue a framea gladium meum. Et de manu canis unicum meum. Et de parte populi ex consuetudine latrantis ecclesiam meam. Saluum me fac de ore leonum. Saluum me fac de ore regni secularis. Et a cornibus unicomitorum humilitate mea. Et a limitibus superbiorum se singulariter erigentes: confortes non ferentium salutem humilitate mea. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Narrabo nomen tuum humilibus et te iuice diligentes: sic a me dilecti sunt fratribus meis. In medio ecclesie cantabo te. In medio ecclesie gaudes predicabo te. Quoniam timetis dominum nolite gerere laudem vestra: sed ipsum laudate. Universum semine iacob magnificate eum. Universum semine eius cui maior fuerit magnificate eum. Timeat eum omne semine israel. Timeat eum omnes ad novam vitam nati: et ad visionem dei reparati. Quoniam non speravit nec desipxit in peccato.

Al. factus. plectus.

B. Al. prima.

Al. super me.

Job. 19.

Al. trans.

Al. trinit.

Al. fobedit.

Al. insperet.

Wab. 27.

Job. 19.

Al. telogauer.

Al. 12a.

Al. conspice.

Al. idens.

Al. Salua me.

cr.

Al. unicomitorum.

Job. 22.

Al. landabo.

Al. glificare.

Al. de peccato.

nem.